

PERANTIQUÆ VNIVERSITATIS ERFORDIENSIS
R E C T O R

ET
FACVLTATIS IVRIDICÆ
D E C A N V S,

CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELE-
CTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMI-
NIS, PRÆFATÆ FACVLTATIS ASSESSOR SE-
NIOR, CODICIS PROF. PVBL. ORDINARIVS,
CIVITATIS SYNDICVS ET CONSVL
PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM
CVRSORIAM

ad L. Unde Neratius. 23. ff. ad L. Aquil.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

AD DIEM XXVI. MARTII M DCC XLIV.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

E R F O R D I Æ,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
Acad. Typogr.]

PER ANTONIUM UNIVERSITATIS ERORDIENSIS
LECTOR
ET
FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS
CONR. WILHELMVS
STRECKER, ICVS
PROMPTISSIME AC CHESSIMI PRINCIPIS ELE
GTORIS AUGUSTINI CONSILIARVS REGNI
NS. PRAEFATA FACULTATIS ASSESSOR SE
NIOR, COMITIS PRINC. PUBL. ORDINARIVS
CIVITATIS SYDICIUS ET CONSUL
TUMARIVS

AD
AVDIENDAM LECTIIONEM
CVRSORIAM
DE
DISSELTATIONEM INAVGVRALEM
ND DNE M. MARTIN M DCC XLII
LECTIIONEM BENEVOLVM
TERRVMANSTR IURITAT

ERORDIA
TYPIS IOH. CHRISTOPH. HERINGII
Acad. Typogr.





Lex Aquilia ad tuendam publicam disciplinam quam maximè opportuna non solum infanciantium temeritatem poena dupli laudabili severitate castigat, sed etiam damnum injuriâ datum singulari plane exemplo taxat tanti, quanti res intra annum proximum, aut intra triginta dies proximos, fuerit plurimi. Hæc providissimæ legis utilitas occurrit non uni aut alteri damni formæ, sed plerisque, si nempe potentiorum injuria, à quibus vindicta difficilior habenda, plebejorum humiliumque præsertim hominum servus, pecora, aliaque animalia occiduntur, aut aliæ res mobiles, immobiles, viles, pretiosæ uruntur, franguntur, corrumpuntur, aut alio quocunque modo maculantur, corroduuntur, lacerantur; Imo omnium peræque civium Paci ac securitati consulit; nullam admittit distinctionem, utrum damnum illatum fuerit dolo malo, an imprudentia, nihil interest, utrum error, ira, sævitia, ebrietas, avaritia, libido, imperitia, infirmitas, negligentia, lascivia aut alia vitia, quæ homines obsederunt hæctenus, & obsidebunt porro, damni causam dederint, adeoque hæc lex omnem arect injuriam, à qua pietas, modestia & veneratio humanæ conjunctionis abhorret, neque eum erraturum puto, qui dixerit eandem esse everriculum omnis non modo nequitia & malitia, sed etiam culpæ & lata, & levis & levissimæ;

villimæ; Imo non solum vindicat damnum culpâ com-
missionis, sed & omissionis datum, sic Medici & Chirur-
gi, licet bene secuerint, si tamen postea curationem de-
reliquerint, neglexerint, Lege Aquilia tenentur *L. 8. pr.*
ad L. Aquil. sic servus fornicarius prope fornacem obdor-
miens, incendio suborto, propterea quod ignem extin-
guere vel ita munire, ne evagetur, omiserit, etsi nihil
fecerit, reus esse intelligitur *L. 27 §. 9. ad L. Aquil.* sed
ULPIANVS in L. 13. §. 2. de usufruct. culpam omissionis
à coercitione Legis Aquiliae excludere videtur, cum di-
cat eum, qui agrum non profcindit, qui vites non sub-
ferit, item aquarum ductus corrumpi patitur, Lege Aqui-
lia nonteneri. *H. L. 13. §. 2.* quidam moti exittimârunt cul-
pam omissionis ad legem Aquiliam non pertinere, quos
inter eminent *zoës. ad ff. rit. ad L. Aquil. n. 7.* addendo
rationem, quod gravius censeatur delictum in commit-
tendo, quam in omittendo, illud, non hoc proprie specta-
re ad coercitionem legis Aquiliae, quo tamen non ob-
stante contrarium defendit *STRUV. Exercit. 14. tb. 20.* cu-
jus opinio pro veriore habetur. *Ad d. L. 13. §. 2.* respon-
dendum, quod distinguendum sit inter damnum priva-
tivum, quando scil. bonum, quod habeo mihi aufertur, &
damnum negativum, quando lucrum, quod spero, inter-
cipitur. Lex Aquilia solummodo coercet damna priva-
tiva *arg. L. 2. pr. §. 27 §. 4. ad L. Aquil.* jam vero *at. l. 13.*
de damno negativo loquitur, quod non spectat ad *L. A-*
quiliam, siquidem si ager non profcindatur, intercipitur
& perit lucrum, quod ex ejus profcissione, si vites non
subferantur, itidem frustratur lucrum, quod ex earun-
dem subfatione sperabatur. Adhuc tamen serpulum fa-
cit *d. L. 13. §. 2.* quod mentio fiat corruptionis aquaduc-
tum, per quam datur damnum privativum, partim ra-
tione ipsarum fistularum, per quas aqua ducitur, partim
etiam, si aqua corruptas fistulas pertranseat & alia bona
vicina corrumpendo damnum det. sed *JCTI verba in d.*
L. non intelliguntur de corruptione aquaductum, quæ
fit

fit per putredinem, vel fissuram fistularum, sed commo-
de illam interpretationem admittunt, si aquaductus fistu-
læ sint obduratæ, ut aqua ex fundo vicini serviente in
vicinum fundum transire nequeat, adeoque *sape d. L.*
intelligenda de corruptione aquaductuum, quæ fit per
abdurationem & sic iterum subit damnum negativum.
Damnum autem privativum datum non solum in re,
sed etiam extra rem a damnificante est resarciendum &
propterea & corpus læsum, & omne id, quo extrinse-
cus interest, in æstimationem venit; sic si quis equos ara-
torios commodatò acceperit, sed eas ita exercuerit, ut
labori forte in messe colligenda minus idonei redditi fue-
rint, tum commodatarius & damnum deterioratorum
equorum, & damnum impeditæ messis restituere tene-
tur. Huc etiam refertur, si unus servus ex comœdis,
aut Simphoniacis, aut gemellis fuerit occisus, tunc in
æstimationem deducitur & id, quo reliqui depretiati
sunt. Item si servus hæres institutus a tertio post mor-
tem testatoris ante aditam hæreditatem fuerit occisus,
tum domino hæreditatis servo relicta venit præstanda
æstimatio, quia ea abest domino per eandem servi. No-
tantur dixi post mortem testatoris, nam si servus oc-
cidatur, vivo testatore, nulla Domino competit actio,
quia, cum testator potuerit mutare voluntatem suam,
in testamento declaratam, lucri spes, quæ certa esse de-
bet, manet incerta. Hinc etiam ratione damni dati
circa retia in flumine vel mari jacta, aut posita in sylvis,
peti non potest æstimatio piscium aut avium, quia, an
caperentur pisces vel aves, incertum fuit. Hanc mate-
riam occasione *L. 23. ff. ad L. Aquil.* publice ex cathedra
falsus prosequetur, atque naturam & indolem Legis A-
quilæ, ejusque capita quousque hodie adhuc in usu sunt,
& ad modernum rerum statum applicari queunt, in Au-
ditorio JCtorum majori falsus pertractabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS)
DOMINVS
MATTHÆVS BENJAMIN
ZIMMERMANN,

De cujus vitæ curriculo pro laudabili Universitatis hu-
jatis more nonnulla hic veniunt enarranda. Editus is
in vitalem hanc lucem Hoyerswerdæ in Lusatia anno
hujus sæculi sexto die XXI. Septemb. Patrem optimum
adhuc veneratur vivum MATTHEVM ZIMMERMANNVM,
qui ob vergentem ætatem pie in otio versatur, & ani-
mum suum à muneribus, quæ olim, summo cum præ-
conio tenuit, liberum jam reddidit, Matrem quondam
coluit, ANNAM, Dn. M. SAMVELIS MARTINI, Pastoris
Primarii Hoyerswerdensis meritissimi, filiam natu se-
cundam. In cujus sinu, indulgentiaque educatus, per
omnem, honestarum artium cultum, pueritiam, ado-
lescentiamque transegit, simulque hoc annorum spatio,
ad imbuendum, scholæ Patriæ Præceptoribus, traditus
fuit. Ex doctrina B. REINTANTZII Rectoris, ejusdem
Scholæ desideratissimi, profecit, plurimumque huic Mo-
deratori, se debere, gratus profitetur. Mox Budissam
se contulit, ut ibidem in artibus addiscendis studium
poneretur, in quo Prytaneo, facem ad literarum dec-
cus, viri immortalitatis fastis, jam inserti, Dn. M.
GEORG. EHRENFRIED BEHRNAVERVS, & M. MICHAEL
THYMVS, Rectores, ipsi prætulerunt. Redux inde fa-
ctus, ad altiores disciplinas progredi, demum meditatus
fuit. Vittembergam, antiquam hanc Musarum sedem,
& purioris & integrioris doctrinæ patriam elegit. Cui
Academiæ Albo, Anno millesimo septingentesimo vice-
simo nono, mense Majo nomen dedit, sceptrâ acade-
mica tenente Consultissimo MENCKENIO, & lectiones
tam publicas, quam privatas, magnorum nominum
Pro:

Professorum, LEYSERORVM, MENCKENIORVM, CHLA-
DENIORVM, GRELIORVM, HASSIORVMque, perbien-
nium frequentavit. Consilio Necessariorum deinceps
Lipsiam petiit, quæ Urbs Procerum sapientia floret, ci-
viumque industria præpollet; & ibidem latissimum Juris-
prudentiæ campum, in Scholis B. GRÜBNERI, FRAN-
CKENSTEINI, Illustris MASCOVII, GERTNERI, MÜL-
LERI, aliorumque feliciter emensus est. Hi, & alii Patro-
ni, Optimi, Maximi, qui malunt esse, quam dici ac no-
minari, in hac urbe, egregiis beneficiis, quæ nulli un-
quam tradentur oblivioni eum exornasse deprædicat,
adeo, ut gratissima mente, æternam Clientis obse-
quium, illis spondeat. Horum favore adjumentoque,
factum in primis est, ut ornatissimorum Juvenum, mo-
ribus studiisque regendis præfectus fuerit. In qua litera-
rum periodo, sub Præsidio Dn. D. JOANNIS FLORENTIS
RIVINI, Modum succedendi ab intestato, in amœnissi-
ma Phyluræa, more solito, publice defendit, superato-
que Examine, se Dresdam contulit, ubi Mense Augu-
sto, Anni MDCCXL. in numerum Advocatorum, fa-
cto prius specimine, receptus fuit. Reliqua tempora,
& privatim docendo, & in foro causas perorando,
hucdum transegit. Nuper vero summos in utroque Ju-
re honores capessere, animum induxit, quapropter ad-
perantiquam Universitatem nostram sese contulit, &
honestam intentionem suam, Ordini nostro declaravit,
atque ad rigorosum Candidatorum juris examen, reliqua-
que specimina inauguralia admitti, eâ, qua decet, mo-
destia petiit. Petit is annuere, facultas nostra non du-
bitavit, sed textus tam ex jure Canonico, quam civili
elaborandos eidem communicavit, quos doctè & lega-
liter enodavit, exposuit, & ad quæstiones in ipso exa-
mine propositas tam erudite & promptè respondit, ut
unanimes consensu, suprema Doctoratus Laurea dignis-
simus fuerit judicatus. Proinde ad reliqua specimina
nem

Ve 3094

X 3124015 K018

inauguralia, puta, ad lectionem cursoriam ad rubricatam L. 23. ff. ad l. Aquil publice ex cathedra habendam, & dissertationem inauguralem,


VICARIATVM
SACRI IMPERII GERMANICO-RO-
MANI, EX ARCHI-OFFICII
SISTENTEM

fuit admissus. Ad quos actus solennes d. XXVI. Martii peragendos, ut honoratissimi Universitatis Dn. Proceres & strenui jurisprudentiæ cultores iisdem in auditorio Jctorum majori frequentes interesse dignentur, officiose & amice invitantur, rogantur. Publ. sub Sigill. Facult. Jurid. in Festo Annunciationis B. M. V. d. XXV. Martii MDCCXLIV.



MIC





B.I.G.

Farbkarte #13

PERANTIQUÆ VNIVERSITATIS ERFORDIENSIS
R E C T O R

ET
FACVLTATIS IVRIDICÆ
D E C A N V S,

CONR. WILHELMVS
STRECKER, JCTVS,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELE-
CTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMI-
NIS, PRÆFATÆ FACVLTATIS ASSESSOR SE-
NIOR, CODICIS PROF. PVBL. ORDINARIVS,
CIVITATIS SYNDICVS ET CONSVL
PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM
CVRSORIAM

ad L. Unde Neratius. 23. ff. ad L. Aquil.

ET
DISSERTATIONEM INAVGVRALEM
AD DIEM XXVI. MARTII M DCC XLIV.
LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
Acad. Typogr.]